THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 160v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

a demonibus torqueretur
audiuit. Et quod hostium ecclesie
quod prius firmatum erat
apertum est. et illa eiulans
et clamans ante crucem in
ecclesia positam accessit
dicens. Ve michi quod umquam
fui nata. quia in anima
et corpore sum dampnata. Hoc
cum dixisset demonibus sti-
mulantibus misera illa e-
gressa est. Sacerdos uero
qui in confessione peccata
eius inquisierat aliud
nō peccatum de ipsa non nouit nisi
quod matrem suam tonitruis se-
pe afflixerat. Hely mor-
tuus est quia filios su-
os nimis crudeliter infecit.
Uterque condempnatus est.
quia modum excessit.

Quod prelatorum est omnia relinquere. lxxxv.

Quidam episcopus Sardinie
qui in predicatione sua
interseruit. qui relinquerit
domos aut agros etc. propter
me. centuplum accipiet etc. Cum
audisset quidam diues
sarracenus post sermonem
adiit episcopum dicens. Si tu
sermone predicto caueris
michi fideiussoria cautio-
nem. ut in uita eterna centu-
plum accipiam. diuicias me-
as pauperibus erogarem.
Episcopus uero se ipsum fideius-
sorem constituit. et ille
statim baptizatus est. et
omnia bona sua paupe-
ribus tribuit. Et tandem
uiam uniuerse carnis ingres-
sus est. Uerumtamen quod
ante mortem uocauit epi-
scopum dicens. Recordare
queso federis quod pepigisti.
Si michi pecunia mea
non centuplicetur post
mortem eque ualentem fi-
liis restituas. Quod conce-
dens episcopus ait. Dominus dig-
netur tibi centuplicare.
Post mortem eius filii ue-
nerunt ad episcopum et pecu-
niam patris postulauerunt.
Episcopus uero ignorans quid
ageret ad orationem confu-
git. Tandem diuinitus
consilio impetrauit de-
functi filios uocauit di-
cens. Uenite ad sepul-
chrum patris uestri et ibi uo-
bis satisfaciam. Cumque
illuc uenissent aperto
sarchophago in dextra
manu mortui cedulam